



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Calceis captivos spoliare veteres soliti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

de laceris & scissis vestibus videatur dici; nisi cui magis placeat ut Propheta dicatur incedere  $\text{לְהוֹ}$  hoc est *expers consilii*, præ animi nempe dolore. Sane hoc sensu apud Jobum ea vox usurpatur dum dicitur: *qui consultos incedere facit* Iob. 12.  $\text{לְהוֹ}$ , hoc est *absque mente*, ex-17. & 19. pertes consilii.

IV. Rectè tamen notavit Cyril-  
 lus, ἀνυποδησίαν τὸ τῶν αἰχμησάτων  
 χῆμα δεικνύειν *discalceationem capti-  
 vorum habitum ostendere*. Solitos  
 veteres non tantum vestibus verum  
 etiam calceis captivos spoliare jam  
 superius innuimus. Illustris est  
 locus qui in Annalibus legitur: 1. 1. c. 11.  
 Pekak, Remaliæ filius, Rex Sa-  
 maria, Judæorum centum & vi- 2. Paral. 28. 15.  
 ginti millia ceciderat uno die, &  
 ducenta millia abduxerat captivos  
 & spoliarat. Hos captivos non tan-  
 tum vestibus, verum etiam calceis  
 fuisse spoliatos ex eo videre est,  
 quod ubi monitu Prophetæ Oded  
 reducerentur, diserte narretur:  
*Viri autem, quorum nomina sunt ex-  
 pressa, acceperunt captivos, atque  
 ex præda vestiverunt omnes nudos, &  
 calcearunt.* Æque insignis est apud  
 N. 5 Iesaiam

## 298 De CALCEIS HEBRÆOR.

Ies. 20. I.  
& seq.

Iesaiam locus: *Jubet Deus ut scilicet cum solveret à lumbis suis, & calcium è pede suo, quod etiam fecit ambulavitque nudus & discalceatus.* Hoc vero signum esset Ægyptiis atque Cuschæis similis discalceationis, cum captivi abducerentur ab Assyriæ Rege: Ita enim explicat, & mysterium pandit ipse Jehovah. *Quemadmodum ambulavit servus meus Iesaias nudus & discalceatus tribus annis signum & portentum super Ægypto & Cuschæis, sic ducet Rex Assyriæ captivos Ægypti, & exules Cuschæorum pueros & senes, nudos & discalceatos.* Jam Abrahami ævo eum morem usitatum non absurde quis colligat ex ipsius dicto ad Regem Sodomæorum, quo negat se ex omni præda accepturum vel filium vel corrigiam calcei vel aliquid quod ipsius erat.

Gen. 14.  
23.

V. Ex hac veterum consuetudine exponunt viri eruditissimi obscurum quendam apud Ieremiam locum. Graviter populum increpat Propheta quod à Deo defecerint, à quo tam multis tamque variis beneficiis fuerant cumulati.

Ier. 2. 25. Tandem monitum subjungit וְיָדַעְתֶּם  
כִּי אֲנִי יְהוָה